

Turniershelmen den vorgeannten unsern neugegeben Gefrönten / als den dritten Turniershelm mit vorbestimmbten seinen Kleinod des schwebenden Adlers darauff / alsdann solch Wappen und Kleinod in Mitte diß unsers gegenwärtigen Königl. Brieffs gemahlet und mit Farben eigentlich außgestrichen seyn.

Hinc in Furstii armorario Part. III. pag. 7. sub nomine Comitum de Gunderstorff hæc insignia exhibentur, quibus tamen hodie tota gens Rogendorffia, quamvis titulum Comitis Gunderstorffii solus Christophorus gesserit, utitur. Lacinia primæ Galeæ sunt aureæ & cyanæ, secundæ coccinæ, argenteæ & cæruleæ, tertiæ ex argento & minio.

(a) Manuscript. Baron. de Kainach. (b) Ibi. (c) Ibi. (d) Document. Rogendorffian. (e) Aliud docum. Famil. (f) Similiter. (g) Archiv. Statuum Austriae num. 3260. (h) Archiv. Rogendorff. (i) Archivum Statuum num. 3437. (k) Ibi num. 3601. (l) (m) Et reliqua documenta ex Archiv. Rogendorffiano desumpta sunt. (n) Archivum Statuum Austriae num. 3666. (o) Ibi num. 3706.

CAPUT XL.

BARONES DE PRÖSING.

ANtiqua & Illustris Baronum de Prösing Familia vastato Castro & Parochiæ Prösing in Comitatu Cilejensi sitis vel nomen gentilitium indidit vel ab arce mutuavit. Illud autem extra dubitationis aleam positum est, Prösingios Dynastas jam ante quingentos annos Carinthiæ Proceribus annumeratos rerumque feliciter gestarum gloria conspicuos fuisse. (a) Johannes Ernestus de Prösing Henrici Carinthiæ Ducis adversus Ekebertum Babenbergensem Episcopum Copiarum Pedestrium Dux, prælio quo Episcopus Henrici Dietrichsteinii virtute Anno 1240. captus est, Victoriæ pars magna fuit. (b) Lazius de migrat. Gent. l. 6. pag. 203. Hartvvichum de Prösing Anno 1260. Hermannum Anno 1370. Johannem & Diepoldum Anno 1388. & alios Prösingios nominat. Eadem ferè in Manuscripto Chronico Austriae ejusdem Lazii quem Codicem Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis sub his notis: *Chronica Austria Lazii Germ. H. pag. 144.* custodit, de hac stirpe vernacula lingua recensentur in hunc sensum:

PRÖSING: Ist ursprünglich in Kärndten gewest / und von dannen ist solches Edles Geschlecht in beyde Desterreich kommen / daselbsten St. Pölten die Herrschafft und Preistenstein mit mehr Flecken erlangt / und ist Herz Walthasar /